

## PRÆLECTIO XIII.

*Excommunicatio quid sit, & quotuplex, traditur; quibus quantivise bonis privet Excommunicatio Major, ostenditur. Quandoque & quibus de causis licita videatur esse communicatio fidelium cum excommunicatis, demonstratur.*

DE Excommunicatione proxima exercitatione dicturi, illud potissimum investigabimus, quibus quantivise bonis privet Excommunicatio Major, quod ut paucis servata docendi methodo expeditamus, duo ante omnia præmittenda sunt nobis; quod ni fecerimus, cæcis ambagibus implicaretur disputatio.

Primum hoc itaque sine dubitatione ponendum, Excommunicationem non aliud esse, quam Censuram, qua quispiam ab Ecclesiastica fidelium communione separatur; quo loco, ne hoc Excommunicationis vocabulo deludatur studiosa Juventus, illud sciat oportet, Excommunicationem variis nominibus appellari. A veteribus enim, & præcipue a S. Cypriano *Tract. de Oratione Dominica* vocatur *Abstentio: Timendum*; (inquit eo loci) *& orandum, ne dum quis abstentus separatur a Christi corpore, procul veniat a salute.* Interdum etiam *Anathema* appellatur, ut ex pluribus Scripturæ locis evincitur: *Peccavit Israel, & prævaricatus est pactum meum: tuleruntque do anathemate, & jurati sunt, atque mentiri; Josue cap. 7. Notum vobis facio; quod nemo in Spiritu Dei loquens dicit anathema Jesu;* inquit Apostolus *1. ad Corinth. 12. Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum sit anathema maranatha;* subdit idem Apostolus *cap. 16.*

Secundo: ad uberiorem Excommunicationis elucidationem diversa ejusdem genera necessario præmittenda crediderim: Alia enim dicitur *Excommunicatio lata sententia;* Alia *sententia servanda.* Prior illa est, in quam ipso facto, & absque ulla Judicis Sententia incurritur; Posterior vero illa est, quæ ante Judicis Sententiam incurri minime potest. Alia itidem est *a jure*, quæ fertur a Legislatore animo condendi legem sub pœna Ecclesiastica censura observandam; Alia est *ab homine*, quæ fertur a Judice Ecclesiasticam jurisdictionem habente animo instituendi præceptum aliquod temporale in quibusdam actionibus vel negotiis, prænitata contra inobedientes censura. Alia tandem est *Excommunicatio Major*, qua ut definit Gregorius IV. *Cap. si quem, extra, de Sent. Excommunic.* quis non solum a Sacramentorum perceptione, sed etiam a fidelium communione segregatur. Alia est *Excommunicatio Minor*, qua quæ participatione tantum Sacramentorum excluditur.

Hæc igitur explicatis bonoque in lumine positæ, paucis hic ostendamus, quibus quantivise bonis priventur Excommunicati Excommunicatione Majori?

Privantur itaque primo participatione, & administratione Sacramentorum; quare Sacerdos excommunicato denunciato Sacramenta ministrans nedum peccat, verum etiam in Minore Excommunicationem incurrit; ut liquet maxime ex *cap. nuper, extra, de Sent. Excommunic.* Sacerdos vero excommunicatus celebrans sit irregularis, & si monitus statim ad penitentiam non redeat, perpetuæ depositionis pœnam incurrit; uti expresse tradit Alexander III. in *cap. Clerici, extra, de Clerico Excommunicato ministrante.*

Privantur secundo custodia Pastoralis. Hinc legimus Innocentium I. Pontificem hoc pacto de Cælestino & Pelagio ab Ecclesiæ Communione

præcis scripsisse ad Patres Concilii Milevitanis: *Abstinere a visis Domini, careant custodia Pastoralis, ne duarum ovium diva contagia sepiant forsitan per vulgus incautum, vasque lupus corde letetur intra ovile dominicum tantas ovium sulcas catervas dum a custodiibus dissimulante habetur vulnus duarum.*

Tertio privantur suffragiis & orationibus, quæ pro Ecclesiæ membris fieri solent; quia per Excommunicationis sententiam separat Ecclesiæ excommunicatus ab universitate fidelium, pro quibus suffragia facit; ut observat S. Thomas in *4. Sent. dist. 18. quest. 2. art. 1. quest. inc. 1. ad 2.* Hinc legimus, S. Cyprianum *Epist. 66.* prohibuisse, ne quis Sacerdos pro Victore nominatim offerret, oraretque; quia contra formam, nuper in Concilio Africano a Sacerdotibus latam, Faustino Presbytero Testamento suo Tutore nominato, in excommunicationem incurrat.

Quo loco studiosam Juventutem monitam volo, privatum pro excommunicatis orari posse. Primo: quia ut tradit D. Thomas in *4. Sent. dist. 18. quest. 2. art. 1. quest. inc. 1. ad 1.* Oratur ut detur eis spiritus penitentia, ut ab excommunicatione solvantur. Secundo: si excommunicatio medicinalis pœna est, quam infligit Ecclesiæ, ne dum ut punit peccatorem, sed ut eum ad penitentiam adducat, ut constat in *cap. ex literis, extra, de Constitutionibus; in cap. de quod vult Deo, extra, de iudiciis; & cap. cum medicinalis, de Sent. Excommunic. in sexto.* Cur Deus pro illis privatum orari nequit, qui non vult mortem peccatoris, sed magis ut convertatur & vivat? Responde igitur sapienterque Gelasius I. in *Tractatu de Anathematis vinculo*, generatim & indistincte docet, nullum esse peccatum, pro cuius remissione non oret Ecclesiæ.

Quarto privantur auditione Missæ, divinarumque Officiorum, quæ publice in Ecclesia recitantur; uti sunt Horæ canonicæ, orationes publicæ, benedictiones, aliæque hujusmodi.

Quæret fortasse quispiam, quid factio esset opus, si incepto sacro excommunicatis denunciatus adveniret, nec monitus exire vellet? Consentiant Canonistæ omnes, a Missæ celebratione abstinendum esse, nisi forte canon inceptus est.

Hic itidem scire juvat, quemlibet excommunicatum in Templo Sacrae concionis interesse posse. Extat ea de re discretissimum Innocentii III. Rescriptum Ferrariensi Episcopo datum, anxie sciscitanti, num licitum esset civis Ferrarienses excommunicatos semel saltem in hebdomada vel in mense apud aliquam Ecclesiam convocare, ut iis predicaretur Verbum Dei: cui ille in hæc verba respondit: *Postulas edoceri, an cum Ferrarienses civis excommunicationis & interdicti sententia sint ligati, liceat tibi viros, & mulieres, semel in hebdomada, vel in mense apud aliquam Ecclesiam convocare, quibus prædicet verbum Dei, & eosdem ad correctionem inducas. Super quo respondemus; quod sine scrupulo conscientie hoc facere poteris, cum videris expedire: dummodo contra formam interdicti nullum eis divinum officium celebretur.*

Quinto privantur excommunicati Ecclesiastica sepultura: quibus viventibus (inquit Leo Magnus) non communicavimus, mortuis communicare non possumus; Quinimo Sacris Canonibus factum legitur statutumque, quod si forte contingat vel per aliquorum violentiam, vel alio quolibet casu excommunicatorum corpora in aliquo Cœmeterio tumulari, exhumanda esse, & procul ab Ecclesiastica sepultura projicienda, si ab aliorum corporibus discerni possint.

Privantur sexto jure percipiendi nova Beneficia; nec illa retinere possunt, etiam si ab excommunicatione absolvantur, nisi nova collatione, vel

vel legitima dispensatione legitimum titulum obtineant, ut videre est *cap. postulat, extra, de Clerico excommunicato ministrante.* Beneficiorum tamen absolute non privantur: quia accessorium sequitur naturam sui principalis. Iis tamen peculiariter sententia privari potest.

Privantur septimo usu spiritualis jurisdictionis in foro externo, ut colligitur ex *Can. auditorium Causa 24. quest. 1. ex cap. Romana Ecclesia Tit. de Officio Vicarii in Sexto.* Puta usu condendi leges, ferendi judicia, aliorumque hujusmodi quæ passim recensentur in *cap. accidentibus, extra, de excessibus Prelatorum. Et cap. dilectus filius, extra, de officio ordinarii.* Huc etiam pertinet jurisdictionis delegatio, quæ si ab excommunicato fiat, irrita & nulla est; Si vero delegatio ante ejus excommunicationem facta sit, eo excommunicato suspenditur, si res sit integra: quod tamen secus contingit, si causæ cognitio inchoata sit.

Privantur tandem actibus civilis & politicæ communicationis, quales profecto sunt osculum pacis, familiare colloquium, sive per verba, sive per litteras, sive per nutus, honorificæ salutaciones, conversationes, aliæque id generis multa; ut liquet ex *Can. sicut Apostoli Causa 2. quest. 3. Can. ad Mensam ibid. & cap. si aliquando, extra, de Sent. Excommunic.* Quinimo neque cum excommunicato, qui se Ecclesiæ paritorem juraverit, ante abolitionem communicari posse, aperitissimis verbis declarat Innocentius III. *Cap. quod in dubiis, extra, de Sent. Excommunic.*

Explicatis igitur bonoque in lumine positæ bonis, quibus privantur excommunicati; postulat officii ratio, ut nonnulli etiam de communione fidelium cum excommunicatis addamus, ostendamusque, quandonam & quibus de causis communicatio hæc licita esse videatur.

Prima eademque potissima causa videtur esse utilitas tam spiritualis, quam etiam temporalis, cum ipsius excommunicati, tum etiam aliorum, qui cum eodem communicant. Hinc legimus sextentis in locis a Sacris Ecclesiæ Canonibus sanctum permittitur Concionatoribus, Clericis, & Laicis de rebus ad salutem Animæ, & abolitionem pertinentibus cum excommunicatis sermonem instituire: *Excommunicationis Sententiam non incurrit;* (verba sunt *cap. cum voluntate, extra, de Sent. Excommunic.*) *qui excommunicatus in his, quæ ad Absolutionem, vel alias ad salutem Animæ pertinent, in locutione participat; Licet etiam alia verba incidenter, ut apud eum magis proficiat interponat.* Legitur itidem *cap. intelleximus, extra, de iudiciis,* ab excommunicatis & consilia peti, & debita repeti, & in jus vocari posse; ea maxime ratione, quia Ecclesiæ excommunicationem ad medelam & non ad interitum inducit; tum etiam quod pœna alicui inflicta in aliorum damnum redundare non debet.

Alteræ Causa, proter quam Communicatio cum excommunicatis licita videtur, est lex Matrimonialis, qua vir & uxor sibi mutuo tradunt suorum corporum potestatem ad actum utriusque conjugalem. Unde uxor cum viro, & vicissim vir cum uxore excommunicata iis omnia, quæ ad conjugium pertinent, uti licite possunt. Est enim natura potestatis, ut ex quo ininitum est matrimonium, ea sibi mutuo officia præbeant, quæ ad conjugalis vitæ societatem sunt maxime necessaria. Notandum tamen, licitam non esse hanc conjugatorum communionem, si excommunicatio propter contractum Matrimonium lata esset, puta si propter canonicum impedimentum iis prohibuit fuisse, ne contraherent, aut ne cohæderent.

Serry Tom. IV.

*Superioritas etiam vel subjectio dicitur Causa: propter quam fideles cum excommunicatis possunt communicare. Hinc fit, ut Gregorius VII. Can. quoniam multos, Causa 11. quest. 3. ab eo in Romana Synodo condito diferte pronunciet, Patres cum filiis, Dominos cum servis, communicare licite posse.*

Potest insuper propter ignorantiam cum juris, tum facti communicari; præsumitur enim, quod qui hac ignorantia laborat, nec sciat eum, cum quo communicat, excommunicatum esse, nec ullam habeat hujusmodi communionis intentionem. Ultima tandem causa licitæ communicationis cum excommunicatis dicitur *Necessitas;* Hinc videmus *Can. quoniam multos, Causa 11. quest. 3. Gregorium VII. Pontificem, cuiusque Oratori, sive peregrino, aut viatori in terram excommunicatorum pervento, ab excommunicatis emendi licentiam concedere, ubi alium nullum inveniat, a quo emere possit.*

Hæc, viri Theologi, potissimæ causæ sunt, propter quas licite possunt cum excommunicatis fideles communicare; quas omnes brevi complexus est D. Thomas in *4. Sent. dist. 18. quest. 2. art. 4. quest. inc. 1.* ubi postquam exposuit quibus quantivise bonis privet major & minor excommunicatio; statim hæc subdit: *Sed quia Ecclesiæ excommunicationem ad medelam, & non ad interitum inducit, excipiuntur ab hac generalitate quedam, in quibus communicare licet, scilicet in his, quæ pertinent ad salutem; quia de talibus homo licite cum excommunicato loqui potest. & etiam alia verba interferere, ut facilius salutis verba ex familiaritate recipiantur. Excipiuntur etiam quedam persone, ad quas specialiter pertinet provisio excommunicati, scilicet uxor, filius, servus, rusticus, & serviens. Sunt etiam quidem alii casus excepti, sicut quando ignoratur excommunicatio, & quando aliqui sunt peregrini & viatores in terra excommunicatorum; qui licite possunt ab eis emere, vel etiam accipere elemosinam; & similiter si quis videat excommunicatum in necessitate; quia tunc ex præcepto charitatis tenetur ei providere.*

## PRÆLECTIO XIV.

*Suspensio quid sit, & quotuplex demonstratur; Nonnulla ea de re observatio dignissima expenditur.*

Quam brevi & conciso sermone superiori Disputatione de Excommunicatione differimus; tam parco in presentia de Suspensione disputabimus; quæremusque primo: quid sit suspensio? Secundo quotuplex. Tertio nonnulla hæc de re observatio dignissima, expendemus.

Antequam tamen asserti hujusce nostri partibus satisficiamus, observet necesse est studiosa juvenus, Suspensionem variis fuisse nominibus appellatam. Veteres enim hanc aliquando *Suspensionem*, aliquando etiam *segregationem* vocitarunt; Hac voce usos legimus Patres Concilii Ancyranus in *Can. 18. Si qui constituti Episcopi, & ab illa Parochia in quam nominati fuerunt non suscepti, alias velut Parochias intrare & seditiones adversus illas excitare, eos segregari.*

Eandem Abstentiois vocabulo nuncuparunt Patres Eliberitani in *Can. 21. Si quis in civitate positus, tres Dominicas ad Ecclesiam non accesserit, pauco tempore ablineat, ut corruptus esse videatur.* Qua loquendi formula usus est etiam Cyprianus *Epist. 55.* hoc pacto scribens ad Cornelium de Felicissimo Episcopo: *Qui non tantum ab iis illis*

T r e hic

*hic abstinens, sed abs te illic nuper de Ecclesia pulsus est.*  
 Hoc posito, prima difficultatis pars facili negotio expeditur; si dicamus, Suspensionem Censuram esse, qua Minister Ecclesie impeditur, ne functiones Ecclesiasticas exerceat, aut aliqua potestate Ecclesiastica utatur. Quo loco notandum velim discrimen longe magnum Suspensionis ab Excommunicatione. Excommunicatio enim incurritur propter peccatum; Suspendio e contra quandoque sine peccato; id videtur inuere D. Thomas in 4. Sent. dist. 18. quest. 2. art. 3. questione. 2. ad 2. Suspendio (inquit) non tanta poena est, quanta Excommunicatio; quia suspensi non fraudantur Ecclesie suffragiis, sicut excommunicati, unde etiam aliquis sine peccato proprio suspenditur. Secundo: Totam communis excommunicari non potest, ut expresse tradit Innocentius IV. Cap. Rom. Ecclesie. Tit. de Sent. Excommunic. & luculenter confirmat S. Thomas in 3. Sent. dist. 18. quest. 2. art. 3. questione. 2. Excommunicari (inquit Sanctissimus Doctor) non debet aliquis nisi pro peccato mortali peccatum autem in actu consistit: actus autem non est communis, sed singularium personarum, ut frequenter. & ideo singuli de communitate excommunicari possunt, non autem ipsa communitas: & si etiam quandoque actus sit totius alicujus multitudinis, (ut quando multi navim trahunt, quam nullus trahere possit) non tamen est probabile, quod aliqua communitas ita tota ad malum consentiat, quin aliqui sint dissidentes. Et quia non est Dei, qui iudicat omnem terram, ut condemnet justum cum impio (ut dicitur Gen. 18.) Ideo Ecclesia, qua iudicium Dei imitari debet, satis provide statuit, ut tota communitas non excommunicetur; ne collegis xigantibus simul eradicetur & triticum. Potest tamen tota communitas suspendi; ut constat maxime ex Ecclesie praxi; Ex Cap. quia sepe, Tr. de Electione in sexto. Ex Cap. si ad Episcopum Tit. ne Sede vacante aliquid innovetur, in sexto. Tandem ex Concilio Tridentino Sessione 24. de Reformatione cap. 16.

Multifariae sunt Suspensionis species. Alia namque dicitur Suspendio a iure; Alia ab homine. Prior illa est, cum quis ob simoniam, vel ob aliud delictum a sui Ordinis executione vel Officii ipso jure prohibetur; Posterior vero illa est, qua quis ob causam ab Ordinis vel Officii executione iudicis Sententia removetur.

Alia rursus dicitur ab Officio tantum; alia a Beneficio duntaxat; Alia ab Officio simul ac Beneficio. Dicitur tandem alia ab ordine; alia a jurisdictione; alia ab ordine simul & jurisdictione.

His breviter expeditis, tria hic statim quaerenda veniunt, qua difficultatem aliquam pariunt; Primo an Suspendio a Beneficio ab implendis officii partibus dispensatus intelligatur? Secundo an Episcopus possit Clericum suspendere a Beneficiis, qua obtinet in aliena Dioecesi? Tertio: cui tandem insit potestas absolvendi a suspensione? Singulis ex ordine satisfaciamus.

Suspendio itaque a Beneficio ab implendis officii partibus non esse dispensatum; evincit ratio non una, sed multiplex. Primo: quia Beneficium distinguitur ab officio propter quod institutum & collatum est; proindeque Suspendio a Beneficio nullos Officii sacri actus prohibet, sed jus duntaxat percipiendi fructus impedit, ne in actu prodeat. Quinimo Suspendio a Beneficio privatur ne dum redditibus annuis, sed quibuscumque fructibus ratione Beneficii sibi debitis; nempe decimis, primitiis, oblationibus; aliisque huiusmodi; non privatur tamen fortuitis oblationibus, stipendiis, elemosynis, qua per se Beneficio non sunt annexa, sed ob aliquod ministerium Ecclesiasticum Beneficio non annexum.

Secundo: Regula juris est, neminem posse ex culpa sua commodum reportare: commodum porro Suspendio a Beneficio reportaret, si tolleretur eidem obligatio implendi omnes officii partes.

Tertio: Tolleretur etiam hac obligatio in detrimentum cum eorum, qui fundaverunt Beneficia; tum etiam Christianae plebis, qua sacra ministeria a Clericis jure suo expostulat.

Quo ad alteram difficultatis proposita partem attinet; reponam breviter, Episcopum posse Clericum suae jurisdictioni subiectum suspendere a Beneficiis, qua in aliena Dioecesi obtinet; nam Censura fertur in personam, qua jus habet ad quodlibet Beneficium obtinendum, quantumvis illud sit ad fructus percipiendos in alio Territorio, aut Episcopatu. Confirmatur id cap. Postulasti, extra, de Fore competenti his verbis: Postulasti per Sedem Apostolicam edoceri, utrum Sacerdos habens Ecclesiam in una Dioecesi, & residens in eadem, domicilium vero patrimonii ratione in alia, ibi delinquens, ab eo, in cuius Dioecesi debet Patrimonium, pro delicto ibidem commissio debeat iudicari; presertim in causis, qua officii sui, seu Beneficii privationem exposcunt. Ad quod breviter respondemus, quod per Episcopum, in cuius Dioecesi deliquit, Sententia pronuntiari poterit in eundem: sed ab eo, in cuius Dioecesi Beneficium obtinet, erit quoad illud executio facienda.

Illud tamen notandum velim, quod licet haec de potestate Episcopi vera sint: in usu tamen Sententiam ab Episcopo latam, nisi amplius declaratur, ita intelligendam esse contendit Panormitanus, & cum eo Canonista bene plures, ut suspendat solum a Beneficiis in sua Dioecesi existentibus: nam Regula juris est, odia & poenas potius esse restringendas, quam ampliandas.

Restat pars difficultatis altera expedienda, qua erit aequae soluti facilis, si diversae suspensionum species paulisper attendantur.

In primis itaque quaecumque Suspendio ex delicto occulto proveniens & nondum ad forum contentiosum delata ab Episcopis solvi potest, ut aperte declarat Concilium Tridentinum Sess. 24. de Reformatione: Licet (inquit) Episcopis in Irregularitatibus omnibus, & Suspensionibus ex delicto occulto provenientibus, exceptis aliis deductis ad forum contentiosum dispensare; & in quibuscumque casibus occultis, etiam Sedis Apostolicae reservatis, delinquentes quoscumque sibi subditos, in Dioecesi sua per seiplos, aut Vicarium ad id specialiter deputandum in foro conscientiae, gratis absolvere, imposita Poenitentia salutari.

Secundo: Suspendio quolibet a jure lata ob contumaciam, solvitur tum ab Episcopis, tum etiam a Praelatis auctoritatem quasi Episcopalem habentibus, nisi sit Summo Pontifici reservata, ut colligitur ex cap. Nuper, extra, de Sent. Excommunic. his verbis: Quia conditor Canonis ejus absolutum sibi specialiter non retinuit, eo ipso concessisse videtur facultatem aliis relaxandi.

Tertio: Suspendio a jure lata in poenam delicti, siue perpetua siue ad certum tempus ab Auctore canonis ante elapsam tempus duntaxat solvi potest, dummodo publica sit, & ad forum contentiosum delata; praesumitur enim poena hujusmodi condonationem tacite sibi reservasse, a qua proinde nulli Inferiori licet absolvere juxta Cap. Nuper, extra, de Sent. Excommunic. Idque intelligendum est ne dum in suspensionibus ipso jure latis, sed etiam secundum jus ferendis.

PRAELECTIO XV.

*Interdictum quid sit & quotuplex ostenditur; quandoque in Ecclesia introducitur, quoritur. Quibus bonis privet, quibus Sacramentis, qua celebratione Officiorum, qua sepultura, demonstratur. Quae tandem poena violentibus Interdictum sit imposita, proponitur explicatur.*

**P**raeclata de Suspensione Theologica Tractatione, si non quantum rerum dicendarum multitudinem postulat, saltem quantum Theologi memoriter dicentis ex Cathedra officium poscit, Restat nunc ut de Interdicto nonnulla adjiciamus, non gravia quidem ac permoesta, sed furdis auctibus nequaquam praetermittenda. Isthac ergo quaeremus unice: quid & quotuplex sit Interdictum? quandoque in Ecclesia introducitur? Quibus tandem Bonis privet, quibus Sacramentis, qua celebratione officiorum, qua sepultura?

Prima difficultas summa facilitate resolvitur, si quid nomine Interdicti Theologi intelligant, & tam multa tamque diversa Interdicti species, a nobis singulatim exponantur.

In id potro universi consentiunt, Interdictum Censuram esse, qua certis personis aut locis interdicitur divinarum officiorum celebratio publica, & Sacramentorum administratio vel perceptio, qua ad usum salutem morientium necessaria non sunt, & Ecclesiastica sepultura. Duplicis generis dicitur esse. Locale unum, Personale alterum. Primum illud est, quod fertur in loca, in quibus divinarum officiorum celebratio, Sacramentorum confectio & ministratio, & Ecclesiastica sepultura prohibentur. Secundum illud est, quod immediate fertur in personas, iisdemque rerum divinarum usus interdicitur. Horum quodlibet dividitur a Theologis in Generale & Speciale tam persone quam loci: Interdictum generale loci dicitur illud, quod ne dum Provincia & Regno, sed etiam Castro & Villa divinis interdicitur. Interdictum vero generale persone, quando interdicitur alicui corpori politico pluribus personis confecto.

Tria hic a Theologis quaeri solent. Primo: num Interdictio principali intelligatur Interdictus accessorius quilibet, vicinus & contiguus? Secundo: an Interdictio populo Clerus etiam interdicitur censeatur, & vicissim? Tertio: num Interdicta Universitate, singuli Interdicti intelligantur?

Ad haec tria disquisitionis capita, reponam breviter: Interdictio loco principali, puta Civitate, Villa, aut Castro, eo ipso eorundem suburbia, & continentia aedificia interdicta censeatur. In promptu ratio est a Summo Ecclesie Pontifice Bonifacio VII. insinuata Cap. si civitas, Tit. de Sent. excommunic. in Sexto: nam licet praedicta videantur alias mudrum ambitu terminari: hoc tamen casu, ne vilipendi valeat Sententia Interdicti (quod feret, si possit in ipsorum suburbis, vel continentibus aedificiis licite celebrari, ut prius) expedit interpretationem fieri latiorum. Ratione quoque simili, si sit Ecclesia interdictio subiecta, nec in Capella ejus celebrari, nec in Coemeterio ipsius eidem Ecclesiae contiguus poterit sepeliri: Secus si ei contigua non existant.

Reponam secundo: Interdictio populo Clerum nequaquam interdictum intelligi, & vicissim; ut traditur Cap. Si Sent. Tit. de Sent. Excommunic. in Sexto, his verbis: Si Sententia Interdicti profertur in Clerum, non intelligitur, nisi aliud sit expressum in ea, interdictus populus, nec etiam e converso. Unde uno Interdictio ipsorum alius licite ad Serry Tom. IV.

mittitur ad divina. Quae verba adeo clara, & nitida sunt, ut nullo proforsus glossemate indigeant.

Tertio tandem reponam: Interdicta Universitate singulos Interdictos intelligi, uti aperte colligitur laudato Cap. si Sent. Cum vero alicujus verba populus Interdictio innodatus, singulares ex eo persone, quas interdictus esse constat, (ut Sententia effectus caret cum divinatorum auditio, & Sacramentorum perceptio populo ut universis non competant) non debent alicui (casibus expressis a jure duntaxat exceptis) audire divina, vel Ecclesiastica recipere Sacramenta.

Quandoque vero Interdicti usus invaluerit in Ecclesia, haud ita facile definitur; cum silentium hujus altissimum sit non modo in Conciliis, quinque prioribus Ecclesie saeculis celebratis, verum etiam apud omnes illius aevi Patres, qui scriptis suis Ecclesiam illustrant; Ceterum qui posterioris aetatis Scriptores, & eorundem monumenta diligenter evoluerint, qui mores ea aetate receptos, Sacramque disciplinam fervari tunc solitam attente perpendent, Interdicti, quo hodie utitur Ecclesia, clara vestigia deprehendent.

Hoc porro viguisse sexto Christiani nominis saeculo evincitur primo ex Historia Francorum Gregorii Turronensis, ubi lib. 5. cap. 32. refert, S. Dionisi Templum ob perpetratum in eo eadem aliquandiu fuisse clausum, intermissamque in eo sacrorum officiorum celebrationem. Addit etiam lib. 8. cap. 32. Clausas fuisse Ecclesias Rothomagenses iussu atque mandato Legendaldi Episcopi, ne populus ad eas accederet, donec auctor eadum Praetextati Archiepiscopi Rothomagensis detectus fuisset. Memorat tandem lib. 10. cap. 15. Pictaviaensem Episcopum scripsisse ad Chroldieldem, se nec Pascha Domini celebraturum, nec administraturum Baptisma, nisi Abbatissam, quam detinebat in viaculis, liberaret.

Constat secundo Interdictum in usu receptum fuisse circa annum 870. ex ea praegravi increpatione facta ab Hincmaro Rhemense Hincmaro Laudunensi, qua legitur in Opusculo. 55. Capitulum. cap. 8. eo quod Presbyteros, Diaconos, & reliquos Clericos non accusatos, nec confessos, nec convictos ab omni Ecclesiastico officio excommunicaverat, iisdemque Missae celebrationem in sua Parochia indixerat.

Colligitur tertio Interdicti usus ex eo quod scripsit Ademarum in Chronico ad annum 994. in vita Alduini Lemovicensis Episcopi, ubi eam praeter ceteris observantiam ab Alduino pro nequitia populi sui constitutam commemorat, ut Ecclesiae & Monasteria a divino cultu, & Sancto Sacrificio; populus vero a divinarum laudum celebratione abstinerentur. At de hoc satis.

Restat nunc ut Bona, quibus privat Interdictum, singulatim attingamus; quibus bono in lumine positus, nihil ultra, quod quaeratur a Theologo, reliquum erit.

Privat itaque Interdictum usu Sacramentorum, non quidem omnium, cum & Baptisma & Confirmatio; Poenitentia, & Eucharistia per modum Viatici tempore Interdicti non prohibeantur. Privat usu divinarum officiorum, non quidem privato, saltem in Ecclesiis specialiter non interdictis, ut statuitur a Bonifacio VIII. Pontifice in cap. Anna mater, de Sent. Excommunic. in Sexto. Quinimo eadem Pontificis Constitutione permiffum legitimus, ut singulis diebus in Ecclesiis & Monasteriis Missae possint celebrari, aliisque divina officia recitari, submissa voce, clausis Januis, Excommunicatis ac Interdictis exclusis, Campanis non pulsatis; exceptis tamen festivitibus Natalis Domini, Paschae, Pentecostes, & Assumptio-

ptionis Deiparæ Virginis Mariæ, addita a Mariano V. & Corporis Christi solemnitate; in quibus licet pulsatis campanis, Excommunicatis exclusis, Interdictis admittis, divina officia celebrari.

Privat tandem Interdictum sepultura Ecclesiastica: ea nimirum, quæ in loco sacro solitis adhibitis ritibus fieri solet. Quo loco notandum velim, morientem, etiam poenitentia signa exhibuerit, nihilotamen minus Ecclesiastica Sepultura donandum non esse, nisi prius ab Interdicto fuerit absolutus. In hoc enim eadem est ratio Excommunicationis ac Interdicti; unde quemadmodum Sacris Ecclesiæ Canonibus vetitum est, excommunicatum sepeliri in loco sacro, etiam poenitens ob-

jerit, nisi excommunicationis vinculo solutus fuerit; ita etiam Interdictum, nisi hac censura fuerit liberatus; Hoc totum evincitur ex cap. 15. Titul. de Sentent. Excommunic. in sexto, cujus hæc sunt verba: *Talis quoque si hoc Interdictum durante decedat non debet in Ecclesia, vel Cemeterio Ecclesiastica, nisi poeniterit, sepeliri.*

Quæret hic fortasse quispiam, antequam finem dicendi faciam, quæ poena violentibus Interdictum imposita sit? Uno verbo reponam, Clericos nisi a divinarum officiorum celebratione se abstineant, fieri irregulares; Laicos vero Interdictum servari prohibentes, aut pertinaciter non observantes, excommunicari.

FINIS TOMI QUARTI.

I N D E X  
M A T E R I A R U M  
E T  
R E R U M N O T A B I L I U M .

A

**A**aron dum vitulum aureum populo adorandum exhibuit, Pontifex nondum erat. Pag. 297. Antequam vocaretur a Deo, nec Sacerdotis, utrum, nec Sacerdotium ipsum habebat. 371.

**Abates** & Generales Ordinum in Conciliis judicium ferunt non jure divino sed Ecclesiastico, lege lata, & ad praxim adhibita in Conciliis generalibus. 310. Etiam ante hæc tempora admitti erant ad ferenda suffragia in Conciliis Eucumenicis. *ibid.*

**Abatibus** nequeunt subditas sibi a Censura, si quam forte contraxerint, abolvere. 510. Nec possunt Censuras ferre. *ibid.* Abatissa de Brubrige solita erat suspendere ab Officio & Beneficio Canonicos & Clericos suæ jurisdictioni subiectos. *ibid.* Suspendio vero illa non erat, sed prohibito quedam, vel privato. *ibid.*

**Abel** quo mundi anno occisus a Caino. 62. Abelem Adæ Filium vixisse calibem, plerique Patrum existimant. 444.

**Abraham** suavit Saræ uxori, ut se ejus forem diceret, & cur. 343. Abrahæ, ejusque femini quid promiserit Deus. 404. Uxores habuit Saram, Cethuram, & Agar. 447. Dispensavit hunc Deus a præcepto de infante non occidendo, ut immolaret Filium suum. *ibid.*

**Absolutio** in Sacramento Poenitentia verbis indicativis exprimens est. 468. Per litteras & internuntium aulatenus faciendæ est. *ibid.*

**Academia** Parisiensis Tractatum Theologicum edit, exhibetque Clementi VII. quo Romani Pontificis in ferendo de Fide Judicio, Infalibilitatem propugnat ac probat. 326. Legitur Tractatus ille MS. in Bibliotheca Collegii Navarici, legiturque in plerisque editionibus ad calcem Magistri sententiarum, titulo Commentarii adversus errores Fratris Joannis de Montefano. *ibid.* Ejusdem privati Doctores, tam veteres, quam recentes bene multi, Pontificia infalibilitatis defensores. *ibid.* Ejusdem Declaratio Regi Christianissimo exhibita an. 1663. circa Romanorum Pontificum Infalibilitatem explicatur. 327. Ejusdem in Amadeum Guinenium lata censura an. 1665. perinde exponitur. *ibid.* Nullam in edenda Cleri Gallicani Declaratione, de Potestate Ecclesiastica, partem habuit, an. 1682. 328. Eadem illa Propositionem Marci Antonii de Dominis, Pontificia infalibilitati derogantem, aqua censura confixit. 329. Eadem in Instrukcione data Germanis an. 1727. Papalem potestatem declarat esse jure divino Monarchicam. 343.

**Accusati** debent in sua Provincia judicari in causis privatis, ac ubi de factis personalibus quaestio est; non vero in causis publicis, ac ubi de jure quaritur. 310.

**Achabi** posterii cur in Christi genalogia recentis. 285.

**Acta** quibus refertur Historia S. Auxilii spuria omnino sunt, & apocrypha ab inepto scribitore conlarcinata. 268.

**Adam**: ejus Filii foretes suas uxores ducendo contra naturam Legem non peccabant; imo tunc temporis id natura ipsa postulabat. 63. Eum in gratia sanctificante fuisse creatum, nec tamen hoc Fidei dogma est. 94. Eum per peccatum fuisse spoliatum gratuitis, & vulneratum in naturalibus, & S. Scriptura, & Conciliorum definitionibus probatur. 142. Idem ex Summorum Pontificum decretis. 145. Constitutus fuit caput nedum physicum, sed etiam morale totius humani generis. 113. Eo peccante cur posterii omnes peccatores nascantur; & ipso poenitente idem poenitentes minime nascantur. 114. Ejus soror fuit exaltis seu mentis excessus, juxta septuaginta Interpretes. 66. Tum eum, tum ejus filios unicam habuisse uxorem legitur. 448.

**Adimantus** vetus Testamentum a malo genio, imo ab altero Deo, natura sua malo atque crudeli inspiatum, blasphemabat. 283.

**Adrianus** Imperator Tempia Christo paraverat. 15.

**Adrianus** VI. Romanorum Pontificum infalibilitatem in factis dogmaticis judicandis agnoscit in Instrukcione

data Cheregato suo ad Germaniæ Principes Nuncio. 353.

**Adultera** mulieres in lege Zelotipia, si aquas amaras biberent, super quas Deus certa verba designavit, interficiebantur; non vero continentis atque pudicæ. 368.

**Aegyptii** circumcidi solebant. 421. Circumcisionem non frequentabant tempore Abrahæ. *ibid.*

**Aegyptiaci** Regni initium petitur a Menos, seu Mesraim Cham Filio, & Noachi nepote. 62.

**Africanus** cum S. Cypriano illorum Ducæ, quo tempore ab errore de rebaptizandis hæreticis resipuerint, non ita facile desinitur. 388. & 391. Verisimilius est correxisse errorem suum circa an. 379. 392.

**Agapetus** R. P. paruit Romanæ Synodi decreto, ob decreti ipsius aequitatem atque justitiam. 347.

**Agatho** R. P. ex Christi oratione pro Petro fusa, infalibilitatem colligit illius successorum. 329.

**Agrippinus** Carthaginensis Episcopus primus inter Catholicos censuit irritum esse Baptisma ab hæreticis collatum. 383.

**Alduinus** Lemovicensis Episcopus statuit, Ecclesiæ & Monasteria a Divino cultu & Sancto Sacrificio; populum a Divinarum laudum celebratione pro nequitia populi sui abstinere. 514.

**Alexander Severus** Tempia Christo construere cogitavit. 15.

**Alexander III.** R. P. ab errore exculatur in Cap. *Cum esset*, de Testamentis. 338. Idem nullum judicavit Baptisma collatum omnis verbis, *ego te baptizo*. 378. Licetum docet conjugum alteri non obtante matrimonio rato religiosam vitam suscipere. 455. Mulieri viro desponsata, ab ipso tamen nondum carnaliter cognita mandat, ut si vellet religiosam vitam amplecti, debeat vel ad Religionem transire, vel ad virum infra duorum mensium spatium redire. *ibid.*

**Alexander VI.** R. P. dato Brevi Apostolico Catholicas pronuntiavit Theses a Joanne Pico Comite Mirandulano publicatas, eundemque innocentem abolvit. 354.

**Alexander VIII.** R. P. condemnavit quemdam Theologum, qui validum in Belgio pronuntiavit Baptisma, verbis minime prolatis, *ego te baptizo*. 378.

**Alfonsus** Carillus Toletanus Episcopus, quæ propositiones damnavit Petri Oxomenis an. 1479. ex Theologorum & Jurisperitorum sententia. 144.

**S. Ambrosius** Electus Mediolanensis Episcopus crudelem se simulavit & impudicum, ut illis visis populi ipsum Episcopum postulantis intentio revocaretur. 269. Matrimonium eorum, qui uxore dimissa alteram ducunt, adulterium appellat. 452.

**Amphibologiarum** & æquivocationum usus damnatus est ab Innocentio XI. 265.

**S. Amphilocheus** Episcopus ordinatus ab Angelis. 371. Ejus Ordinatio ab Episcopis comprovincialibus rata est habita. *ibid.*

**Anabaptistarum** error de Baptismate parvulorum in quodam est; & quo tempore obortus. 396.

**Ananias** Paulo ad fidem miraculose converso manus inapovit, non jam ad collationem Spiritus Sancti, sed ad sanitatem, ad visum Paulo restitutum. 438. Prius Paulo traans imposuit, quam ipsum baptizaret. *ibid.*

**S. Anastasius** rogatus per Domesticum Barzabang ut solo verbo diceret se non esse Christum, recusavit. 266.

**Andreas** Vega quid de fidei necessitate ad salutem eternam obtinendam senserit. 258.

**Angeli** mali naturali acumine ingenii futura nonnulla prænotant, ex causis necessariis, minima vero ex causis liberis oriuntur. 281. Angeli boni si aliquid sacramentale Ministerium obtinent, ratum habendum est. 371.

**Anima** quomodo cum pura a Deo creetur, in corpore inficiatur. 54. An a Deo recens creatæ animæ corporibus infundantur, vel potius ex Adamo per generationem traducantur, nunquam satis perspectum fuit. D. Augustino. 114. Imo in posteriorem sententiam